

Johann Quistorp

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. Theol. Fac. Sen: & Ecclesiastes. Ad Exequias Quas Mariti suo desideratissimo Dn. Levino Friderico, Civi promario Vidua Moestissima Hodie media prima in templo Jacobaeo parabit. Omnes & singulos Academiae cives invitat

Rostochii: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404896>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in L. Friderici.

Rostock. 1637.

21.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES
QVISTORPIUS,

D. Theol. Fac. Sen: &
Ecclesiastes.

Ad Exequias

QVAS

Mariti suo desideratissimo
Dn. LEVINO FRIDERICO,

Civi primario

VIDUA MOESTISSIMA

Hodiè media prima in templo Jacobæo parabit.

Omnes & singulos Academiae
cives invitat.



ROSTOCHII,

Excudebat NICOLAUS KILIUS, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XXXVII.

RECTOR

Universitäts-Rector hinc

JOHANNES

QUISTORP

D. Theol. Mag. &

Rektor

Mag. &

1710

Mag. & Librarius

D. J. J. J. J.

Mag. &

Mag. &

Mag. &

Mag. &

Mag. &



RECTOR

Mag. &



RECTOR VNIVERSI-
TATIS
JOHANNES
QVISTORPIVS.



Etus est sententia,
quæ inter Mimos publici le-
gitur, *bona Mors est hominis,
quæ vita exstinguit mala.* Veri-
tatem hujus nemo nega-
bit, qui quæ in hac vita ex-
periri necesse habemus, & quod præsentia,
tempora secum ferunt, consideret. Ut enim
communia illa, quæ nullo non tempore ex-
perimur, silentio præteream, quis est qui ne-
sciat, quanta malorum Illias nos premat, &
porro immineat, ut merito nobis exclamare
liceat. *O Domine in qua tempora nos serua-
sti.* Non autem alia est ea declinandi ratio,
quam ex hac vita, turbis, motibus, bellis, de
A 2 præda-

prædationibus, depilationibus exactio-
 nibus, Contributionibus refertissima exire,
 & ad alteram illam meliorē transire. Quem
 admodum enim navis, sævissimis agitata
 fluctibus, in portu demum quiescit; sic no-
 bis tum demum quies conceditur, quando
 mortis beneficio in portum deferimur. rectè
 Artabanus prudentissimus. Xerxis Consilia-
 rius. *Εν γὰρ ἔτω βράχειβίω, ἔδειξ ἔτω ἀνθρωπῶ. ἔων*
ἰουδαίων πεφυκε, τῶ ἔ παραστήσεται πολλάκις ἰεθ νάνα
βέλεσθαι μᾶλλον ἢ ζῆν in hoc brevissimo cur-
 riculo vitæ nullius tanta felicitas est,
 quin ei multa accidant propter quæ malit
 mori quam vivere. *ἔτω ὁ μὲν θάνατῶ μοχθηρῆς*
ἔσης ἴης ζωῆς κατὰφυγῆ ἀρεσιωτάτη τῶ ἀνθρώπῳ γέγονε.
 Itaq; mors in tanta vi tempestatum, & con-
 cursu calamitatū, hominibus est quasi qui-
 dam optatus portus. Unde & Athenienses
 mortuos, teste Plutarcho, *κρήσες* appellarunt.
 Intellexerunt enim, propter fortunæ incon-
 stantiā, nihil in vita stabile, nihil certum, lu-
 brica omnia esse; Viderunt, divites juxta ac
 pauperes, reges & plebeios variis involui
 difficultatibus, & miseriis. notarunt, unam
 mortem quæ vitam integre actam claudit, ab
 omnibus nos hisce liberare. Felicitas illa
 Dn. LEVINO FRIDERICI Civi apud nos
 è pri-

è primus contigit, qui nudius tertius circa
primam pomeridianam, relicto hoc mundo
turbulento, ad quietem æternam transiit,
Natus ille est Anno 1608. secundo Maij in
Holfatia septentrionaliore, *Patre, Friderico
Levesen, matre,* quæ adhuc in vivis est, *Chri-
stina Ovensen,* parentes hi, filium hunc suum
ex se natum per baptismum Christo inseri,
& ab ipsis incurtabulis Christianis præceptis
imbui, & ad virtutem educari curarunt.
Quumq; in hoc filio suo infante admodum
eximiã indolem emicare animadvertent,
eum fidis & intelligentibus doctoribus for-
mandum commiserunt, ita statuentes, patri-
monium illud filio relinquendum esse, quod
non incendio comburi, non furto vel rapi-
nis abripi posset. Nec successu felici hoc ipso-
rum propositum caruit. Mente avida à præ-
ceptoribus proposita imbibit, condiscipulis-
que suis palmam sæpissimè præripuit. In ædi-
bus paternis initio formatû, Husam in Hol-
fatia post ablegarunt, ut quæ discere coepe-
rat ibidem non solum continuaret, sed &
his, quæ ætas illa admittebat adderet. Hic
ad annum ætatis decimum octavum substi-
tit: quumq; ea in Scholis inferioribus jecisset

fundamenta quibus superstruere solidiora
posset: ex consilio intelligentium ad Acade-
mias, & quidem primo Leidensem ablegatus
fuit. Substitit ibidem annum & quod ex-
currebat. Non ille otio & ignavia, multo
minus aleâ & computationibus, quod plu-
rimos, proh dolor, facere videmus, tempora
impendit, sed memor ejus *Dic cur hic bonis*
literis tribuit. Leida relicta, Lubecam à cive
quodam ejus Urbis primario avocatus est,
ubi & substitit, & liberos ejusdem per sesqui-
annum informavit. Indè ad nos venit &
quod ingressus fuerat literarium stadium
strenuò, per triennium decurrit. Dum in
eo est, ut ad metam pertingat, Deo ita dispo-
nente, hic ejus cursus interruptus est. Legi-
time ambire coepit Amplissimi Viri Dn. *Vin-*
centii Gladvii Consulis apud nos spectatis-
simi filiam *Annam*, quam consentiente, &
mores vitamq; proci probante patre, exam-
biit. Ita ille relictis studiis ad vitam civilem
& conjugium transit. Et hic rectè se ha-
buerunt omnia. Sedulus paterfamilias do-
mi res suas rectè diligenterq; curavit, templa
& conciones visitavit: Itaq; vixit ut quibus
convivebat omnibus gratus acceptusq; fue-
rit,

rit, multisq; discedens suavem sui memoriã
& desiderium reliquit. Commodam suisq;
moribus convenientem nactus conjugem,
ei per quinquennium amicissimè convixit:
filium unum avo homonymum *Vincetium*
& *filiam unam* aviæ cognominem *Christi-*
nam ex se natos vidit. At non licuit ipsi a-
micissimæ conjugi diu convivere, Febris
eum Dominica Quasimodogeniti invalit,
quæ solertium Medicorum respuens curam
vita 24. Aprilis circa primã pomeridianam,
annos natum 29. exiit, & avo paterno *Levi-*
no Levesen/ aviæ maternæ *Margaretha von*
Leisten/ avo materno Magistro *Bartholomao*
Ovensen/ olim verbi Divini apud Nortstran-
denses Ministro conjunxit. Triste hoc nun-
cium procul dubio accidet matri quæ adhuc
in vivis est, At juxta cum vidua relicta mæ-
stissima, id cogitabit: Deo ita placuisse, ut
Maritum & filium citò humanis exemptum
ad cœlestia transferret, qui & eas solatio,
quod vovemus, erigat validissimo. Nos
autem cives Academici, hujus emortui, no-
stri ordinis olim membri, & fautoris constan-
tis, Exequias frequenti comitatu ornemus
fas est. Eadem opera mæstissimæ viduæ &
aliis

aliis morte ejus in luctu constitutis, partem
tristitiæ adimemus, & precibus nostris vitam
nostram Deo commendabimus, eundemq;
rogabimus ut quæ nos premunt & imminent
pericula, clementer avertat, nobisq; Hospita-
tor existens, omne malum in sui nominis ho-
stes convertat. Conventus fiet hora me-

dia prima in templo Jacobæo. P. P.

Rostochii 27. Aprilis Anno

M. D. C. XXXVII.





rit, multisq; discedens suavem
& desiderium reliquit. Comm
moribus convenientem nactus
ei per quinquennium amicissim
filium unum avo homonymum
& *filiam unam* avix cognomi
nam ex se natos vidit. At non li
micissimæ conjugii diu conviv
eum Dominica Quasimodogen
quæ solertium Medicorum respu
vita 24. Aprilis circa primã pom
annos natum 29. exiit, & avo pat
no Levesen/ avix maternæ *Marg*
Leisten/ avo materno Magistro *B*
Ovensen/ olim verbi Divini apud
denses Ministro conjunxit. Triste
cium procul dubio accidet matri
in vivis est, At juxta cum vidua
stissima, id cogitabit : Deo ita p
Maritum & filium citò humanis
ad coelestia transferret, qui &
quod vovemus, erigat validiss
autem cives Academici, hujus en
stri ordinis olim membri, & fauto
tis, Exequias frequenti comitat
fas est. Eadem opera mæstissim

